scen ex utrinque parte modo quouis illatis tum de manifestatio-
nibus, Protestationibus, Ministerialis Relationibus, generaliter
vero de omnibus prætensionibus ab Actu suprascriptæ Intera-
ssæ confectæ, usq ad diem Actus præsentis ex utraq parte modo
quouis intercedeñ quietant, emittunt, dimittunt, et liberos
absolutosq faciunt, ac pronuntiant. Interaisam præfatam eiusq
Inscriptionem Roboratoriam, atq Protestationes et manifesta-
tiones quasuis in toto et per omnia ob plenariam sibi adinui-
cem præstitam satisfactionem cassant, prætensiones quasuis
mortificant et annihilant, sibi suisq posteris ratione præ-
missorum perpetuum imponendo silentium. Hac sua præ-
senti Personali recognitione ad præmissa omnia mediante.

Idem Janicki eidem Taskmanickiemu Roborat et Contem Statuet. 211

Comparens personaliter coram Officio et Actis præsentibus
Castren Capitan Præmysliensibus Generosus Petrus Jani-
cki Capitaneus Taborouien sanus mente et corpore existens
a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibus-
uis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti
vero Castren Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni
quo ad actum hunc attinet secum Succesoribus ac bonis su-
is generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan-
do atq subijciendo palam publice libere ac per expressum
sum recognouit. Quia ipse suo et Generosæ Theresiæ
Lachodowskiæ Consortis suæ legitimæ pro cuius ratihabitione

cavet et se praesentibus in forma Iuris inscribit nomine se ac suos Succres in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq quibusuis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Iacobi Iashmanicki ratione certarum rerum, et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de Acta et data illius hic Premysliae die hodierna in Actu contenta, hoc est die septima Maij confectum consemm manu sui Recognoscen propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis articulis vadio ligamentis, ac nexibus generaliter vniuersis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eiusdem contentis, tam in toto quam in quauis eius minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem Roboratoriam et inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam scriptum manuale vicissim in toto referendo. Idq sub vadio summae Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem Suprascripto Generoso Iacobo Iashmanicki aut ipsius posteris, ob non completionem contentorum eiusdem scripti manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Nihilominus is idem Generosus Petrus Ianicki Capitaneus Taborouien se ac suos Succres in et super bonis suis gnaliter omnibus ac summis quibusuis pecuniariis habitis et habendis suprascripto Generoso Iacobo Iashmanicki ipsiusq posteris inscribit et obligat praesentibus. Suprascriptam

Generosam Theresiam Lachodowska consortem suam animam cum personali sua Recognoscentis assistentia, vel in eventum mortis succes̄ illius ad approbandum per ipsam Inscriptionem Roboratoriam vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia intra decursum sex septimanarum adducere et personaliter statuere ab eaq vel eius successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere et evincere. idq sub vadio simili et speciali vadio aliorum videlicet mille octingentorum florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive illius successores supra fato Generoso Jacobo Jaskmanicki sive illius successoribus ob non statuitionem praefatae Generosae Theresiae Lachodowska Consortis suae statuendae, vel in eventu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad soluendum succumbendo. Pro quibusquidem vadio vel vadiis modo praemisso ad soluendum succumbens, ac pro in aliqua principali ex praemissis praefati Scripti mansionis non completa complenda. Citatq existens memoratus Recognoscens Generosus Petrus Janicki Capitaneus Taborulensis praemissa non tenens sive eius posteri ad instantiam praefati Generosi Jacobi Jaskmanicki praemissa tenentis aut illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense exnunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stari Juri parere, respondere, vadium vel vadia praetacta luere inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seq et suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum

2028

Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequen causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum seruitio militari, admunimenta, ad euictorem vel alio quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea vltra proximos officij praefati Castren Capitan Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque moniores appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, et praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conuentiones, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis, non subterfugiendo, nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

9/r

Prokopowiczowa Dydynskiego Quietat.

272 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Praemysliensis Generosa Catherina de Wrzepia olim Generosi Ioannis Prokopowicz Consors relicta vidua sana mente et corpore existens a Terrestris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensis Iurisdictioni quo ad actum attinet (nunc) se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie